



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

omnes restringuntur rōne adiuncti, ad quod referuntur. Suadentur et hęc pōderando illa uerba transactio nis à die supra scripto ponere ius dicentem, seu castellanum in quibuscunq; locis, qui ius dicens habeat ministrare bonā, & ueram iustitiā unicuiq; illam petēti, & omne lucrū, & cōmodū, qđ eueniet hinc inde &c. nam ꝑ per illa uerba qui ius dicens habeat ministrare bonam, & ueram iustitiā unicuiq; illam petenti solum uel concessa, & reseruata administratio cū exercitio simplicis iurisdictionis cōtentiosa in administrando iustitiā iuxta tex. ubi las. in d.l. iustitia. ff. de iust. & iure. & in prin. Insti. eo. tit. c. ex ore. de priuileg. & in prin. prohēm. Gregor. Quod suadetur etiā ex illis uerbis, & ueram iustitiā unicuique illā petenti, ꝑ uerbum petere prolatum ab homine significat, ut ius dicens habeat exercere iurisdictionem, & ministrare iustitiā uia ordinaria, & p̄cedente libello, liteq; cōtestata. l. amplius non peti, & ibi Bar. ff. rem rat. habe. Bal. in l. si quis. in prin. in ult. col. uerf. ulterius quaro. C. de inoff. test. Sed illa, quæ in cōmissum ob fraudatum uectigal cadunt, non applicantur fisco, seu ius uectigalis exigendi habenti uia ordinaria, & per uia petitionis, & sententia condemnatoria, sed ipso iure, & absq; alia cognitione, & petitione l. cōmissa. ff. de publica. & c. cum fm leges. de hære. in 6. Et quāuis exequutio realis, & facti fieri non possit absq; iustia declaratoria, ut in d. c. cum secundum. tñ ex hoc nō inferatur, qđ sententia diffinitua, & cōdemnatoria requiratur, quoniam illico à iure dī absque sententia hominis condemnatus, ut in dictis iuribus; ꝑ fertur enim sententia declaratoria non ut puniatur, siue ut cōdēnetur, sed ut declaratur ipsum iam fuisse condemnatum, & punitum, & qui declarat, non disponit, nihilque addit l. hæredes palam. §. si quid. ff. de testa. & hoc est generale in omnibus penis, quæ ipso iure infliguntur, ut exequi nequeat, nisi facta declaratione, hoc est sequuta sententia declaratoria, non autem cōdemnatoria, ut uolunt Arch. Io. And. & alii in c. 1. de homic. in 6. & referunt, ac sequuntur Alex. & moder. in l. si qs maior. C. de transact. & habetur per canonistas in d. c. cū secundum leges. ergo ꝑ illa uerba ministrare bonā, & ueram iustitiā unicuique illā petenti, quæ important, ut sit necessaria sententia diffinitua cōdemnatoria, uel absolutoria, & interueniente actore, qui libellum proponat, ut supra, & argu. eorum, quæ habentur per do. Ant. Abb. & alios in c. cū dilectus. de ordi. cogn. & per Pau. de Cast. in l. si. ff. de iust. & iur. per las. in l. iustitia. eod. tit. & per Bald. in c. cum uenissent. in ult. col. de testibus. non possunt casui nostro conuenire, ut ex eis capitaneus, seu ius dicens habeat potestatem exigendi pedagia, & cōmittentes, ac fraudantes uectigalia condemnandi, & puniendi, multasque, & penas fraudati uectigalis in totum, seu in parte exigendi. ¶ Ex prædictis est potest fieri illi, quod sentio adduci, qđ posito, qđ inter p̄fatos fratres cōmissum fraudati uectigalis esset diuidendū, & cōdicandum, tamen prius detrahi deberet decima pars pro capitaneo, qui pro tempore ius diceret, cum ante diuisionem cōdemnationum inter ipsos dominos consortes faciendam detrahi debeat decima pars de quibuscunq; condemnationibus, quæ assignari debet ipsi capitaneo, prout h̄c in instrumento primæ transactionis in uer. p̄dictus uerō dominus &c. Quia & si illud uerū est quoad ea, in quibus cōdemnationes requiruntur, & sunt, & fertur sententia cōdemnatoria, ut uerba capituli clarè inferunt, tamen hoc in causa fraudati uectigalis, de qua nunc agitur, locū habere nō pōt, cū in ea nec cōdemnatio, nec sententia cōdemnatoria requiratur, ut supra dictū fuit, & ꝑ cui uerba dispositionis, seu contractus conueniunt, dispositio quoq; non conuenit ma-

ximè in contractibus. l. si seruū. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. 1. col. 3. C. si quis omil. caus. rest. habetur in l. 4. §. toties. ff. de dam. insec. l. quidq; asiringenda. ff. de uerb. obl. & Archid. in c. si quis litem dente 17. q. 4. Possent et aliqua alia, sed parū cōcludētia & multū à remotis cōsiderari ad fauorē do. Alex. dī, & ꝑ ipsum do. Ludouicum, quibus ex prædictis, ac et ex iis, quæ aduocati do. Ludouici scripserunt re sponsum clarissimè pōt accommodari. Et idē, relictis quibus omisissis, uenio in hanc sententiā, qđ omne cōmodū, qđ emolumentū fraudati uectigalis, & pedagij sit inter ipsos ambos fratres cōc, & æqualiter diuidendum nō detracta decima, nec aliqua alia pte. Et ita dico de claro, iudico, arbitror, & uerius esse cēseo. Laus Dco.

S V M M A E.

- 1 Mandatum an ex enunciatione illius facta in instrumento in causa curju longissimi temporis probetur usque ad num. 11.
- 2 Verba enunciativa cum diuturnitate temporis probant maxime inter ipsos contrahentes.
- 3 Coram principe non presumitur falsum prolatum.
- 4 Bal. in l. 2. C. si ex fals. instr. uolens, quod ex diuturnitate temporis et longissimi mandatu nō presumatur, declaratur, et n. 2. et 9.
- 5 Diuturnitas, & cursus temporis in memorialibus inducit, & probat id, quod regulariter ex diuturnitate temporis induci non potest.
- 6 Regalia probantur concessa ex usu tanti temporis, de cuius uita memoria in contrarium non extet.
- 7 Seruitutes causam discontinuam habentes quo tempore prescribi possunt.
- 9 Mandatum in iudicialibus nunquam etiam per mille annos presumitur, secus in extraiudicialibus.
- Et qua sit ratio differentie.
- 10 Mandati defectus in iudicialibus magis nocet, & uincit, quam in contractibus, & quare.
- 11 Mandatum diffusius presumitur in iudicialibus, quam in extraiudicialibus.
- 12 Propositor in dubio presumendum.
- 13 Clausula generalis siue p̄cedens, siue sequens non comprehendit specialem prouisa, quando si ad ea referretur, contingenti contra specificata.
- 14 Iurisdictione respectu eiusdem territorij est duplex.
- 15 Iurisdictione actiua territorij alieni contra dominum illius non prescribitur, exercendo illam contra homines dicti territorij obediētes, quamuis aduersus eos iurisdictione passiva absque tamen domini præiudicio prescribatur.

E P I T O M E.

Mandatum ad transigendū probari ex uerbis enunciatius illius in instrumento transactionis corā principe facta positus, iuncta diuturnitate temporis, de cuius initio memoria in contrarium non existat.

Et iurisdictione actiua alieius territorij ꝑ dominum illius non posse prescribi ex eo, qđ contra homines dicti territorij etiam obediētes, & subditos eius esse fatētes quis iurisdictionem exerceat, hic probat.

CONSILIVM XXI.

SENTENTIA clarissimorum doctorū collegij Pisani, & Florētini tanquā de iure ueriorē probo, qđ ad Illustrissimū, & Excellentissimū Ducē Florentiæ pertineat iurisdictione non solum castri Bargæ, sed etiam totius territorij eiusdem aliās iam diu de anno 1457. cōitati Florentinæ, in cuius locum, & ius Dux ipse successit ex instrumento transactionis assignati, & de consensu partium terminati, nam dicta transactio inter hoīes dicti castri ex una, & inter hoīes Roche pelagi ex altera super cōfinib. in ita fuit per suos syndicos, & procuratores, scientibus, p̄sentibus, acceptantibus. ac ad inuicē promit-

promittētibus D. Borso tūc Duce Ferrariæ, & quodā
 D. Hieronymo tunc communitatis Florentiæ cōmis-
 sario ad hoc specialiter, & expressē deputato: & cum
 ipsi principales domini, videlicet Dux, & communi-
 tas Florentina mediante suo commissario fuerint p-
 sentes, ac sciuerint, & acceptauerint, sequitur, q̄ non
 solum uirtute dicte transactionis illis ius acquiri po-
 tuit, ut colligitur ex not. per Bar. in l. quæ dotis. ff. sol.
 matr. iuncta. l. aliud est uendere cum ibi no. ff. de reg.
 iur. sed etiam ex ratificatione per dictas communita-
 tes postea facta, faciēdo, & transmittēdo syndicos,
 & commissarios suos ad loca dictarum cōmunitatū
 gratia ponendi terminos, & confines inter territoria
 dictorum locorum, arg. l. pupillus. §. territorium. ff.
 de uerb. sig. cū aliis pluribus, quæ ad corroboratiōē
 iurū dicti Illustrissimi, & Excellentissimi Ducis Flo-
 rentiæ, qui locum, & iura illius cōmunitatis in præsen-
 tia tenet, plenē deducta fuerunt ad præfatis D. Consul-
 toribus, quorum dictis nihil uel parum addi possēt.
 Sed tamen aliqua breuiter subiungendo dico principa-
 lem huius consultationis difficultatem in eo cōsi-
 stere, an ex enunciatione mandati, de qua in instru-
 mento dicte transactionis habetur, iuncto cursu lon-
 gissimi tēporis probetur, uel melius præsumatur mā-
 datum legitimum, cum ex opposito nunc allegetur
 transactionem prædictam non ualere ad præiudiciū
 hominum dictorum locorum, propterea quod facta
 esset dicitur à quibusdam hominibus asserētibz mā-
 datū habere, de quo non constat, immō negatur mā-
 datum aliquod interuenisse, & in dubio ēt ex diuturni-
 tate longissimi tēporis mandatum pro actus ualiditate
 non præsumitur, ut fuit originale dictum Bal. in l. 2. C. si ex fal. instru. & aliquāter in l. 1. C. de rebus
 alien. non alien. quod dictum docēt magis cōiter. in l.
 sciendum. ff. de uerb. obli. in l. qui in aliena. ff. de acq.
 hered. & in c. sicut. de re iud. sequuntur. Verū his non
 obstantibus in casu, de quo agitur, mandatū p uali-
 ditate transactionis, ac etiam terminorum affixionis
 præsumatur, constat primo ex uerbis enunciatuē in
 dicto instrumento prolatis, iuncta diuturnitate tem-
 poris longissimi, quia uerba enunciatuā cum diuturni-
 tate tēporis probant: Bald. & Salic. in l. cū aliquis.
 C. de iure delib. Ant. de Bur. in c. si de successi. ab inte-
 sta. & hoc modo limitari potēt illud dictum Bal. in d. l.
 2. attento maximē, q̄ hæc uerba mandati enunciatuā
 fuerunt inter ipsos contrahentes prolata, quo fit, ut
 dicantur probare, arg. l. optimam. C. de cōtrah. & cō-
 mit. stipula. Bart. & alii in auth. si quis in aliquo. C. de
 eden. & prædicta sunt de mente Dec. in consil. 36. & p
 tenui, & in consil. 4. 2. lib. 1. quia in antiquis statutis uer-
 bis enunciatuīs ad tradita per Bal. Sal. & Ant. in locis
 præallegatis, & per Alex. in consil. 6. uiso themate. in fi-
 lip. 1. & faciunt ea, quæ latē circa hunc articulum po-
 nit Fel. in d. c. sicut col. 19. cum seq. extra de re iud. q̄
 quatuor uerba enunciatuā mandati fuissent prolata à
 persona ualde fide digna, tunc ex diuturnitate tēpo-
 ris mandatum præsumitur, ergo idem dicēdum est,
 quando illa uerba prolata forēt coram persona prin-
 cipis, & fide digna, nam tunc non est psumēdū, uerba
 falsa, & non uera coram eo prolata fuisse, arg. l. oīum.
 C. de testa. & l. non est uerisimile. ff. de eo. quod met.
 cau. Sed in casu nostro hæc uerba mandati enunciatuā
 prolata fuerunt coram Duce Borso, & corā commi-
 ssario cōitatis Florentiæ dicta uerba recipientibus
 & approbantibus, ut in d. instrumento apparet, ergo
 ex illis uerbis enunciatuīs, concurrente maximē diu-
 turnitate tēporis, legitime de mandato constare, seu
 præsumi dicitur. Procedit itaque dictum Bal. in d. l.
 2. C. si ex fal. instru. quando dubitatur de mandato, &
 de illo in instrumento mentio enunciatuē facta non

fuit secundū Dec. in d. consil. 36. item non procederet
 illud dictum, quando uerba mandati enunciatuā p-
 lata essent coram persona ualde digna, coram qua ve-
 risimile non esset aliquid falsū fieri, seu exprimi, & e-
 nunciari. Tertio dico, q̄ uerba mandati enunciatuā
 fidem faciunt quoad illos, seu contra illos, qui cōsen-
 tiendo dederunt causam instrumentō, in quo fit huius
 modi enunciatio mandati, ut uoluit Fel. in c. cum. in
 iure, nu. 14. de offi. deleg. per no. per D. Ant. in c. non
 nulli. §. sunt & alii de rescrip. Sed Dux Borso, & ciui-
 tas Florentina mediante suo commissario transactio-
 ni factæ consenserunt, & sic ei causam dederunt, igitur
 instrumentum illud transactionis pro ipsis, & contra
 ipsos de mandato fidem facere dicitur. Quarto non er-
 raret, qui diceret, q̄ licet aliās pro solemnitate man-
 dati non præsumatur ex diuturnitate longi, uel lon-
 gissimi tēporis, tamē ex diuturnitate tēporis, de
 cuius initio memoria in tēpore non existit, iuncta enū-
 ciatione mandati in instrumentō facta, fides, & præsu-
 ptio de mandato fieri dicitur, quia t̄ id, quod regula-
 riter ex diuturnitate tēporis introduci non potēt, indu-
 citur, & pbat ex diuturnitate tati tēp. de cuius ini-
 tio memoria in contrariū non extat, nā talis cursus tē-
 poris probat omne id, quod proponitur, & allegatur,
 arg. c. 1. de præscr. in 6. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua
 quotid. & asti. Bar. & alii in l. cum de in rem uerbo. ff.
 de usuris. c. super quibusdā. §. præterea. de uerbo. sign.
 ubi t̄ probantur regalia cōcessa ex eo, q̄ quis illis fue-
 rit usus tanto tempore, de cuius initio non est memo-
 ria, & facit rex. in l. 1. in fi. cū prin. l. seq. ff. de aqua plu-
 arcen. cum glo. & ibi Bar. & habetur in l. seruitutes. la
 3. per gl. & ibi Bar. ff. de seruitut. nam t̄ ad præscriben-
 dum seruitutes habentes cām discontinuā non suffi-
 cit tempus longum, neque longissimum triginta, uel
 quadraginta annorū, sed requiritur tps antiquissimū
 de cuius initio memoria hominū non existit, adeo, q̄
 si quis contrariū probare uellet, testes hoc sciētes, seu
 probantes reperire non possēt; quod quidem in casu
 occurrenti contingit, nā iam sunt anni nonaginta, &
 ultra, de cuius initio apud homines uiuentes non est
 memoria, & quādo quis aliquid antiquissimum uult
 allegare, uulgo dici solet, hoc factum fuit tēpore Du-
 cis Borso. Et t̄ quamuis Bal. in d. l. 2. C. si ex fal. instru.
 loqui uideatur t̄ de tempore, de cuius initio memo-
 ria in tēpore non existit, ut de mille annis, t̄ ipse nihil
 allegat, & iō illi credēdū non esset, arg. l. illam. C. de
 collatio. Præterea q̄ ex diuturnitate tēp. mandatum
 non sit præsumendum, uidetur contra. l. fin. ff. de usu-
 cap. pro empr. ubi v̄ casus, & est rex. in l. si filius. C. de
 petit. hered. optimus text. in l. qui in aliena. §. 1. ff. de
 acq. her. iuncta. l. 1. §. sed ego. ff. quod usu. ubi ex lon-
 gitudine tēp. filius de mandato patris aduise præsu-
 mitur. Sed posteo, q̄ ex diuturnitate tēp. mandatū non
 præsumatur, ut uolunt Ang. Alex. & alii in d. l. sciē-
 dum. & in d. l. qui in aliena. cum si. tamen ex diuturni-
 tate tanti tēporis, de cuius initio memoria non exi-
 steret, maximē concurrente asserētiōe, & enunciatio-
 ne uerborum de mandato in ipso instrumento facta,
 & maximē etiam in casu, quo actus aliās in loco illo,
 in quo instrumentum celebratū fuit, non poterat fieri,
 nisi mediante procuratore, tunc omnino credēt
 mandatum præsumi per prædicta. Nec aduerfatur di-
 ctum Bal. in d. l. 2. quia dici potēt Baldum fuisse utum
 nimis effuso sermone, exemplificando de mille an-
 nis, cum nihil allegetur, propter quod ex cursu tati tē-
 poris, de cuius initio non existit memoria, non dicatur
 probari, ut supra, & ideo eius uerba debent restringi
 ad tps longum decem, uel uiginti annorū, uel saltem
 ad tempus triginta, aut quadraginta annorū, quod
 longissimū reputat, ut habetur in gl. summæ. 16. q. 2.
 & in

xit prator. ff.
 is omil. caus.
 fec. l. quidd
 c. si quis lra
 arū cōclutē
 re do. Alca
 ex prædictis
 scripserunt, re
 Et ideo, reli-
 ne cōmodū
 edagij fit in
 dicitur dum
 ita dico, de
 o. Laus Deo.

umento in d.
 m. 1. 1.

probant maxime

mitate tempore
 er, et n. 2. et 9.
 licet, & probat
 duci non potest,
 de cuius initio

tempore præscribi

le annos præsu-

nitias, quā in

quā in extrai

comprehendit
 contingere p̄

illius non præ-
 i territorij ob-
 abique tamen

uerbis enun-
 is corā prin-
 poris, de cu-
 existat.

torij t̄ domi-
 ontra homi-
 ubditos eius
 hic probat.

doctorū col-
 nā de iure ue-
 ō, & Excellen-
 neat iuridici-
 otius territo-
 cōitati Flo-
 successit et
 de consensu
 o inter hostes
 delagi ex alte-
 cos, & p̄tura-
 ac ad inuicē
 promit-



& in l. si quis emptionis. C. de præsc. 30. anno. vel dica
 mus dictum Bal. in d. l. 2. procedere. in iudicialibus, q̄
 ipso iure annullantur, quādo fiunt ab aliquo sine mā-
 dato. l. licet. C. de procurat. nec ex diuturnitate tēpo-
 ris mandatum in illis præsumeretur, et si esset tēpus,
 de cuius initio memoria in contrarium non existit,
 ut ibi per Bal. qui loquitur de sn̄a, quæ est post mille
 annos ex defectu mandati nulla dici pot̄: sed in extra
 iudicialibus, ut in contractibus ita non esset, quia ex
 diuturnitate temporis, enūciatione mādati in instru-
 mento facta præsumeretur, ut supra. Ratio diuersita-
 tis colligitur ex uerbis Bar. in l. licet col. 2. C. de procu-
 10 rat. nam in iudicialibus defectus mandati magis au-
 cer, & uitiat, quam in contractibus, quoniam iudicia
 lia non dependent merè à uoluntate, & consensu par-
 tium, ex quo iudicium redditur in inuitum. l. inter sti-
 pulantem. §. si stichum. ff. de uerb. obl. item dependet
 ab auctoritate iudicis, arg. c. forus. de uerb. sign. cū si.
 Hinc iudici iniuria inferri dicitur, quando quis man-
 datum non habes corā eo comparat, ut inquit glo. in
 c. 1. de elect. in 6. in uerbi. absentia, sed extraiudicialia
 merè à consensu partium dependent. l. sicur. C. de actio.
 11 & oblig. & t̄ideo mādatum in iudicialibus difficilius
 præsumitur, ut per Bal. in d. l. 2. quam in extraiudicia-
 libus, & in contractibus, ut supra, & hoc modo posset
 concordari opiniones doctorum, qui sunt contrarii,
 quoniam aut loquimur de diuturnitate tanti tempo-
 ris, de cuius initio non existit memoria, & sumus in
 extraiudicialibus, & mandatum præsumetur, aut de
 simplici diuturnitate, uel iudicialibus, & secus erit.
 ¶ Quoad illud aut̄, quod est opponitur contra Illustr.
 & Excellen. Ducē Florentiæ, q̄ Dux Ferrariæ dicitur
 esse i quasi posse siōe iurisdictionis aduersus aliquos
 homines territorii Bargæ per longissimum tēpus, &
 quod in instrumento transactionis prædictæ fuit ap-
 posita clausula saluo, & reseruatō iure utriusque par-
 tis quoad iurisdictionem, & sic per hanc transactionē
 nō potest dici ius aliquod acquisitū fuisse cōitati Flo-
 rentiæ, & consequenter nec illius Duci propter refer-
 12 uationem factam. Igitur præsumendum est pro Du-
 ce Ferrariæ possessore, argum. c. in pari. de reg. iur. in
 6. no. in l. sine possidetis. C. de probatio. in c. licet. cau-
 sam extra cod. tit. & l. si duo. ff. uti possid. Respondetur,
 saluando, q̄ ad Illustr. Ducem Florentiæ iurisdictionē
 territorii Bargæ terminati, seu confinati, prout aliās
 fuerat conuentum, pertineat, q̄ per illā clausulā ge-
 neralem non uideretur derogatum iis, quæ specialiter
 & expressè fuerāt inter ipsas partes quoad iurisdictionē
 nem, & territorium dictorum locorum conuentum,
 sed illa iurisdictionis reseruatō debet intelligi quoad
 alias res, seu quoad alia loca non expressa, nec specifi-
 cata, nec contingat dici partes uoluisse se incontine-
 ti corrigere contra. l. nam ad ea. ff. de cond. & demō.
 13 ac est quia clausula generalis siue pcedat, siue sequatur,
 nunquam comprehendit illa, super quibus specia-
 liter fuit prouisum, quādo si clausula generalis ad
 ea referretur, contingeret fieri cōtra specificata. l. do-
 li clausula. ibi q̄; Bar. & alij post gl. ff. de uerb. obl. & fa-
 ciūt no. per Bar. in l. talis scriptura. in ff. de leg. 1. cū
 aliis, nam generi per speciem derogatur, siue genus
 pcedat, siue sequatur, & non ecōtra c. 1. & ibi Abb. la-
 te extra de rescrip. & c. generi per speciem. de reg. iur. in
 6. Secundo respondeo, q̄ dato, sed non cōcesso, clau-
 sulā illā referri ad iurisdictionē dictorum castrorū Bar-
 gæ, & Roche, ea referenda est ad iurisdictionē pas-
 siuā ipsorū hominū dictorum castrorū, ut innuunt illa
 uerba reseruatō iure ipsarum partium quoad iurisdic-
 tionem, non aut̄ referenda est ad iurisdictionē acti-
 uam ipsorum dominorum, & ducum, cui partes præ-
 14 iudicare nequeant, t̄ duplex enim est respectu ciuiliē

territorii iurisdictione, actiua uidelicet domini terri-
 torii, & alia passiuā, uidelicet loci, seu personarū, aduer-
 sus quas dominus iurisdictione utitur, ut uoluit Bar.
 & moder. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Præterea licet
 15 Dux Ferrariæ iurisdictione aduersus hoīs Bargæ illi
 obediens uisus fuerit, pp hoc tamen nō d̄r Duci Flo-
 rentiæ, seu illius iurisdictioni actiue p̄iudicat, nā ad
 p̄scribēdū iurisdictionē actiua in alieno territorio
 illius dominū, nō sufficit eā exercere q̄ hoīs dicit ter-
 ritorij obediētes, quāuis. n. iurisdictionē q̄ ipsos p̄scribi
 dicatur, non tamē t̄ dominū, cui hoīs obediēdo al-
 teri p̄iudicare non possunt, Bar. in l. si opposi. 1. 5. C. de
 edic. diui ad. tol. & facit id, quod uoluit Egid. in simi-
 decisionibus in dec. 171. incip. Licet subditus, dicens
 q̄ si q̄s confiteatur se esse subditum alicuius, talis cō-
 fessio sibi quoad iurisdictionem passiuā p̄iudicat, nō
 aut̄ quoad iurisdictionē sui superioris, & ideō super-
 rior, & dominus contra alteri obediētes, uel cōfite-
 tes se esse alterius subditos sua iurisdictionē actiua
 poterit. His paucis uti uolui ad corroborandū iurū
 Illustrissimi, ac Excellentissimi Ducis Florentiæ: dū
 mei singularissimi, & in ceteris sn̄am clarissimorū
 doctorū collegij Pisarū, & Florentini, q̄ nihil penitus
 intactū dimitterunt, illi tanquā iustissimæ adharēdo,
 in omnibus approbo, atque confirmo. Laus Deo.

S Y M M A E

- 1 Ciuem esse, uel subiectum iurisdictioni ciuitatis, & esse de comita-
 tu, uel de episcopatu, aut de diocesi ciuitatis, differunt, nec de uno
 ad aliud rectē inferunt, & nu. 7. & 9.
- 2 Ciuitatis munera subire, & illius iurisdictioni subijci qui tenentur.
- 3 Cines ciuitatis an de iure communi aliqui esse possint, etiam si non
 habitauerint, uel non sint originarij ciuitatis.
- 4 Comitatenfes de iure communi cines dici possunt, & quos, et nu. 6.
- 5 Verbum intelligitur denotat impropriatē.
- 8 Territorium, & districtus quibus conueniant.
- 9 Ciuitatis dominus, seu iudex necessario iurisdictionē habet in eos,
 qui sunt de districtu, & territorio, sed non in eos, qui sunt de comi-
 tatu, seu de diocesi, uel de episcopatu.
- 10 Diocesi, seu episcopatu, uel comitatu maior territorio, seu distri-
 ctu esse potest.
- 11 De comitatu, seu episcopatu esse, & de districtu, seu territorio esse,
 & de ciuitate, & ciuem esse differunt, & de uno ad aliud non in-
 fertur, & nu. 13.
- 12 Cines originarij, & cines per incolatum esse cū dicuntur subiecti iurisdictioni
 ciuitatis.
- 14 Argumentum à contrario sensu non recipitur, quoties absurdum,
 uel iuris repugnantia, & correctio resultaret.
- 15 Beneficia, & honores nobilibus magis, quam plebeis deferuntur.
- 16 Potentes, & nobiles simpliciter inter se differunt, & potentes qui
 dem cunnes possunt dici nobiles, sed non e conuerso.
- 17 Nobilitas, & potentia ad diuersa referuntur, & ad qua.
- 18 Comitatorum appellacione regulariter et maxime in materia sta-
 tutorum, & onerosa, ac p̄iudiciali non continentur cines origi-
 narij intra ciuitatem nati, & præsertim nobiles.
- 19 Forum sortiri ex qua cā soleant illi, qui alios non sunt de iurisdic-
 tione.
- 20 Distr. eius, & territorium quare ita appellentur.
- 21 Rescriptum ab aduersario impetratum efficitur commune, & si ius
 unquam contineat, contra impetrantem retorquetur, maxime si
 illo sit usus.
- 22 Rescripta non sunt cauillanda, & cauillando, qua pena commi-
 tatur.
- 23 Rescriptum in dubio semper intelligendum, ut minus ledat, & com-
 muniter prosit.
- 24 Statutus actiue, & passiuē uti quomodo intelligatur.
- 25 Verba actiue, & passiuē important hoc est reciprocē, & uicissitudi-
 nariē, & pro, & contra.
- 26 Rescripta, sicut leges ad præterita non retrahuntur.
- 27 Rescripta gratiosa dicuntur leges priuatae.
- 28 Falsi crimē cōmittere in fabricando falsum instrumentū, aut produmē-
 dos, seu corrupēdo testes falsos, & ut instrumentis, seu attestatio-
 nibus

mbus falsis
 commissis d
 29 De falso tamen
 30 Rescripta ad l
 31 Falsi crimen in
 pium commi
 palis cogit
 32 Causa falsarum
 mixta, & q
 agitur &
 tenditur.
 33 Causa mixta q
 dam ciuiles
 34 Falsi attestatio
 illa, & prot
 nus uera esse
 tendebat pa
 tur, quando
 ut, & casu
 contra eum
 STATV
 ostendendo
 debeant, & p
 dere, ut illis
 ciuitatis sit i
 acertiam den
 ues originari
 na, quamuis
 ciuitatis illi
 statutorum
 & beneficiis
 tus illis leca
 CO
 S
 1 paru, hoc est
 cluis, seu de
 iurisdictioni, di
 subiecti iur
 tu, uel de ep
 possit esse
 cūq̄ tamē
 2 tans, nec illi
 bire nāq̄; m
 subelle dicit
 municipa. &
 tū. C. de ince
 rub, qui inte
 tur eius, qui
 habitauerint
 na subierint
 accēdētes pe
 quimplici
 gine propri
 tu p̄ lineā m
 3 que sunt cy
 phures dicit
 uerit, uel ci
 4 ad municip
 nuni et Co
 eius dicit
 si ad muni
 iud. Sed aīa
 do ipropri
 notātib; fr
 intelligitur